



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

220. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex eodem.*Concil. Com-
pend. c. 15.
Burchard. lib.
17. c. 7.

CCXX. Similiter & de duabus sororibus, qui cum una in adulterio mansit, & aliam publicè accepit, non habeat mulierem usque in diem mortis; & illa quæ nescivit, accipiat maritum.

Si quis propter faidam fugit. *Ex eodem.*Concil. Com-
pend. c. 18.
Lib. 5. Capi-
tular. c. 6.

CCXXI. Si qui propter vindictam fugiunt in alias patrias, & dimittunt uxores suas, nec illi nec illæ alteri copulentur.

Item de incestis. *Ex eodem.*Concil. Met.
sub Pippino
c. 1.
Lib. 5. Capi-
tular. c. 7.

CCXXII. Si quis incestum cum proxima sua commiserit, peculium suum perdat, si habet; & si se non emendare voluerit, nullus eum in domo recipiat, neque ei cibum donet. Quod si fecerit, sexaginta solidos Regi componat. Et si pecuniam non habet, mittatur, si liber est, in carcerem. Si servus est, vapulet multis plagis.

Item de parricidis. *Ex eodem.*

CCXXIII. Si homo liber patrem aut matrem, fratrem vel avunculum occiderit, hereditatem propriam amittat. Et si quis mechatus fuerit cum matre & sorore & amita, hereditatem perdat.

Item de incestis. *Ex eodem.*Concil. Mo-
gunt. sub Kar.
M. c. 53.
Lib. 5. Capi-
tular. c. 98. & 152.

CCXXIV. Episcopi incestuosos investigare studeant. Et si pœnitere noluerint, de Ecclesia expellantur, donec ad pœnitentiam